



Johann Rhoman in
opere Chymiatrico.



Am veteres, quam Neoterici, Philosophi,
perdilecte Lector, & veræ Sapientiæ imi-
tator, postquam, diuina fauente clemen-
tia, desiderij sui scopum consequuti sunt, a-
liis suis Consortibus, hinc inde in mundo
latitantibus, Scriptis suis sese notiores red-
dere sunt soliti; quo ipsis innuerent, quod Deus Ter. Opt.
Maximus intellectum ipforum illuminasset, manuum
suarum laboribus benedixisset, ipsisque magnum terre-
næ huius sapientiæ mysterium reuelasset: pro quo sane om-
neis, & singuli, laudem, gloriam, & honorem ipsi per-
soluere teneantur: tum etiam vt Christianis artemque
indagantibus suis discipulis simul certam informatio-
nem normamque post sese relinquerent, quo tandem &
illi, Deo si visum fuerit, ad istiusmodi Secretorum cog-
nitionem atque scientiam peruenire possent.

pag. 191. totum lumen
fractat amplexit. ac
pag. 183. plurimum
sphaerata huius edi-
tionis attribuit,

Fuere autem istiusmodi homines inter varios popu-
los, vtpote Ægyptios, inter quos Hermes Trismegistus
præcipuum locum obtinuit, Chaldæos, Græcos, Arabes,
Italos, Gallos, Anglos, Belgas, Hispanos, Germanos, Po-
lonos, Hungaros, Iudæos, & alios. Non minime autem
mirandum est, quod, licet illi Sapientes diuersis tempo-
ribus scripserint, vnanimis tamen omnium consensus in
ipforum Scriptis reperiatur, vt eorumdem intentionem
quilibet verus Philosophus facile queat adsequi, quod-
que Deus ipsos tam insigni benedictione beauerit, opus-
que tandem ipsum suis in manibus habeant: cumque ve-

B ritatis